



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Bernardinus Senensis. 20. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

19. Maii.
in necesse
subvola.
Ex Sut.
virtutes
d' celestia
ponimus,
ndâ mer.

go Deipara curam valetudinis ejus egit , & altero
oculo lippientem recreavit. In hoc contubernio
educatus, homines penitus deseruit, uno ejusdem
propositi socio comitatus , cui tamen constantia
defuit ; Petri studiis Angeli applauferunt , quos
hodie rarius audimus, quia aures nostræ Sirenum
sibilis occupatæ Angelis non patent. Ex Surio.

Christum tanquam signaculum in corde nostro debe-
mus imprimere, ut nulla hoc valeat hostilis irruptio vio-
lare : Christum etiam operibus nostris debemus inscul-
pere, ut per omne, quod agimus , Crucifixi nos Praecepto-
ris discipulos demonstremus . S. Pet. Dam. serm. 67.

S. BERNARDINUS SENENSIS.

20. Maii.

BERNARDINO puer aras extruere, quæ ad po-
pulum dici pro concione audierat , ad pueros
dicere, ludus erant. Qualem nunc serium putas
fuisse ? Verecundiâ tantâ fuit, ut cùm inimicæ ca-
stis auribus voces baccharentur , ad quamcunque
coronam accederet, illud statim audiretur : missa
isthac nunc facite ; siquidem BERNARDINVS adest .
Tantum apud viros potest puer verecundus ! Cer-
tè puer ejusmodi verba prætextata in viro alapâ
castigavit , docuitque frontem effrontem vel in-
vitam erubescere : in alium ejusdem culpæ reum
totum puerorum globum coëgit , qui lapidibus
scelus urbe proscriberent. Feminas verò ex animo
omnes, præter MARIAM, deleverat. Hanc unam
ille unicè amare , ad hujus effigiem pro portâ ur-
bis vigilantem quotidie in genua accidere ; irri-
dente necquicquam proterviore pueritiâ , cùm
VIRGO arrideret. Jam ubi inter discipulos magni
Francisci annumeratus est, ea fuit dicentis pro vir-
tuti-

tutibus contra vitia libertas, is ardor, ut ad eum
aleas flammis ustulandas omnis urbs compo-
ret: adeò ut illi, qui his conficiendis vitam suspen-
tarat, ultima paupertas immineret, nisi eidem au-
tor BERNARDINVS fuisse nomen JESV deinceps
tabellis insculpendi, quo factum brevi est, ut dite-
sceret etiam. Ipse Divus cum de nomine JESV sa-
pè sacerdote diceret, supra caput suum id ipsum quan-
doque conspicuum habuit sole splendidius. Su-
peri! quis unquam clarior extitit concionator? Es-
serio.

*Quid amabilius verecundo adolescenti? quam pul-
chra hac gemma morum in vita & vultu illius? quam
vera & minimè dubia bona nuncia spei, bona indolus
dex? Quid ita turpiloquii & omnis turpitudini fugi-
tans? soror continentiae est. S.Bern.serm.86.in Cant.*

S. AUSTREGISILUS C. 20.Maii.

Purpuratum è Regiâ Francicâ Magistrum dabi-
mus stantibus in bivio, & de divinitatis erga-
se consilio incertis. AVSTREGISILVS is est, quia
parentibus ad curam posteritatis impulsus, post
longam frustrationem, trium Dynastiarum nomi-
na totidem membranis inscripta aræ imposuit, at
quam trinoccio peregrinaturum se spopondit, eum
deinde sacerdotum optaturus, cuius sibi nomen so-
titò obtigisset. Verum alterâ ei nocte somnus ob-
repit, sed qualis esse solet divina patientium: vi-
dere enim sibi visus est Cælites duos de suo cum
Justi judicis filiâ conjugio colloquentes. Eum ju-
dicem dum vigil posteâ inquiret, vocari ad sacer-
dotium se, curamque Ecclesiæ intelligit, quæ scilicet
ipsissima Justi judicis filia est. Neque displace-
bat conditio à re uxoriâ abhorrenti: injecta ta-

men